



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Correctionis incitamenta sunt tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

cile imò impossibile est, ut præsentibus, & futuris quis fruatur bonis, ut de delitijs transeat ad delitias, ut in cælo & in terra appareat gloriōsus.

Augus.

Et Pater Augustinus. Duo amores, alter bonus, alter malus, alter dulcis & alter amarus, non se simul in uno cipiunt pectore.

*Correctionis incitamenta  
sunt tria.*

Mat. 18.

**P**RIMUM est scriptura, sicut apud Matthæum legitur. Si peccau-

Gall. 6.

rit in te frater tuus, uade & cor-

Tit. 4.

ripe eum, &c. Et Paulus ad Gallam

inquit. Si præoccupatus fuerit homo

Exo. 32.

in aliquo delicto, uos qui spiritualius

Glossa.

eitis huiusmodi instruite. Et ad Titum.

Jac. ultim.

Rogamus uos fratres corripite

inquietos, &c. Et Exod. Occidatu-

nus quisque fratrem, & amicum, &

proximum suum. occidat, silicet, gla-

dio increpationis.

Super quibus ver-

bis Glossa ait. hoc ergo interficit qui

cum punienda inuenit, ab increpa-

tionis gladio non abscedit. Secun-

dum est, bona quæ ex correptione

procedunt, quæ sunt quatuor. Pri-

mum est, quia operit multitudinem

peccatorum. Vnde D. Iacobus ait.

Qui conuersti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam suā, amore, &c. Secundum est, quia diligitur ab eo qui corrigitur. Ille uero qui corrigitur, si bonus & sapiens est, diligit se corridentem, si uero insipiens, & derisor odit eum. Vnde in Proverbiis dicitur. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Super hoc Gregorius ait. Neque enim iusto timendum est, ne derisor cum corripiatur, contumelias inferat, sed ne transitus ad odium peior fiat, sequitur, argue sapientem, & diligit te. Idem.

Qui corripit hominem, gratiam posse inueniet apud Deum magis quam ille, qui per linguæ blâdimenta decipit. Vnde Gregorius ait. Ego ab omnibus corripi desidero, ab omnibus emendari paratus; illum solum amicum meum estimo, per cuius linguam ante aduentum distincti iudicis maculas mentis meæ abstergo. Tertium est, quia per hoc amicus dei comprabatur. Vnde Gregorius dicit. Ille amicus Dei dicitur, qui ad ferienda uitia, zelo diuini amoris excitatur, & profecto se esse dei denegat, qui in quantum sufficit increpare uitam carnalium recusat. Quartum est, quia per hoc benedictionem æternam acquirit. Vnde in proverbiis dicitur. Pro. 2.

CHRISTIANA

Pro. 24. Qui arguunt laudabuntur, & super  
Beda. eos ueniet benedictio Dei. Et Beda.  
Qui errantem corrigit, per hoc am-  
pliora gaudia uitæ celestis sibi con-  
quæsivit, Tertium est, pericula, quæ  
ex defectu correctionis proueniunt,  
quæ sunt duo. Primum est, rationis  
fratris redditio. Vnde Ezech. Spec-  
ulator uidet gladium uenientem &  
non insenuerit, bucina, & populus non  
custodierit se, ueneritque gladius, &  
tulerit de his animam, ille quidem in  
iniquitate sua captus est, sanguinem  
autem eius speculatoris requiram. Et  
Bernardus. Nemo uitia palpet, pecca-  
ta dissimulet nemo, nemo dicat, non  
quid custos fratris mei sum? Secun-  
dum est, delicti participatio. Vnde  
Augus. Augustinus. Culpam facientis habet,  
qui eum potest corriger, negligi &  
mendare. Et Beda. Non minus pe-  
cat, qui peccantem uidens, taceret,  
quam qui ueniam non indulget. Ber-  
nardus quoque. Qui cum emendare  
alium possit, negligit, participem le  
proculdubio delicti constituit. Dicus  
etiam Hieronymus dicit. Qui potest  
obuiare, & perturbare peruersos, &  
non facit; nihil aliud est, quam  
uouere impietati  
corum.